UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theopompo. 63.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

ciendum adigunt, vt à vitio abſtineatis adduci poteſtis, magnopere miror.

Athanaſio Presbytero. 62.

Palinodiam, vt dici ſolet, cano. A ſcopo enim, aut, vt veriùs loquar, à ſententia aberraui: qnippe qui haud talem te inuenerim, qualem eum eſſe crederem, laudibus afficere conabar. Hoc autem non meū crimē eſt, ſed tuæ mutationis, quæ in peiora ſtudia deflexit. Nam ipſe quidem, quoniam laudantibus fidem habeo, & iis, qui laudantur, faueo (propenſionē enim quandam ad bonum atque honeſtum habeo.) Idcirco adductus ſum vt iis, qui te laudibus extulerunt, fidem arrogarem. Cupio quippe omnes ita ſe gerere, vt laudem cōſequantur. Tu verò commutata vitæ ratione teipſum, non me coarguiſti. Verùm ſi de tua ſalute deſperarem, non hæc ſcriberem. Quoniam autem optimam mutationem expecto, idcirco ſcribo, téque moneo, vt ad veterem virtutē teipſum referas.

Theopompo. 63.

Diuinæ naturæ nihil æquè propriū eſt, atque æternitas. Quare qui Filium poſteriorem Patre, ex quo ſempiternè effulſit, inducit, hic illud ipſum quod ſubſtantiam illam ab omni labe puriſſimam inſignit, quantum in ipſo eſt, euertit. Nam & numero & tēpore ſublimior eſt: neque ante, & pòſt, nec primum ac ſecundum admittit. Etenim vt aliis omnibus, ita etiam his nominibus, quibus res conditæ tanquam notis quibuſdam exprimuntur, nullus ad eam aditus patet.

Paulo. 64.

Te quidem prudenti conſilio vtentem, conſultò, vt Chæremonis flagitium in obſcuro lateret, poteſtatem ipſi feciſſe intellexi. At optimus ille vir, ab Ammonio quidem exauthoratus, ab Euſebio autē haud

τὸ ποιῆσαι τί χρηστὸν ἐκβιαζομένων, προτρέπεσθε ἀποστῆναι τῆς κακίας λίαν τεθαύμακα.

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ξβ.

Ἄδω τὴν καλουμένην παλινῳδίαν. ἥμαρτον γὰρ σκοποῦ. ἤ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, γνώμης, μὴ εὑρὼν σε τοιοῦτον οἷον νομίζων ἐγκωμιάζειν ἐπεχείρουν. τοῦτο δὲ οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ τῆς σῆς μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τὰ χείρω νευσάσης ἐστὶν ἔγκλημα. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπειδήπερ καὶ πιστεύω τοῖς ἐγκωμιάζουσι, καὶ τοὺς ἐπαινουμένους συγκροτῶ. ἔχω γάρ τινα ῥοπὴν πρὸς τὸ καλόν. πεπίστευκα τοῖς σε ἐπαινέσασι. βούλομαι γὰρ πάντας εὐδοκίμους εἶναι. αὐτὸς δὲ μεταβληθεὶς σαυτὸν οὐκ ἐμὲ ἤλεγξας. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἀπεγίνωσκον, οὐκ ἂν ταῦτ᾽ ἔγραφον. ἐπειδὴ δὲ ἀρίστην μεταβολὴν προσδοκῶ, καὶ γράφω, καὶ προτρέπω, ὥστε εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν σαυτὸν ἐπαναγαγεῖν.

Θεοπόμπῳ. ξγ.

Οὐδὲν οὕτω τῆς θείας φύσεως ἴδιον, ὡς τὸ ἀΐδιον. ὁ τοίνυν μεταγενέστερον τὸν υἱὸν λέγων τοῦ πατρὸς, ἐξ οὗ ἀνάρχως ἐξέλαμψεν οὗτος αὐτὸ τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἀκήρατον οὐσίαν. τό γε αὐτοῦ μέρος, ἀναιρεῖ. καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνου ἐστὶν ἀνωτέρα. καὶ τὸ πρὸ, καὶ μετὰ, οὐκ ἀνέχεται, οὐδὲ τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον προσίεται. ἀπρόσιτος γάρ ἐστιν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τούτοις τοῖς ὀνόμασι, δι᾽ ὧν τὰ κτίσματα χαρακτηρίζεται.

Παύλῳ. ξδ.

Ἐπυθόμην ὡς σὺ μὲν σοφῶς ποιῶν, ἑκὼν δέδωκας τὸ λαθεῖν ἐξουσίαν. ὁ δὲ βέλτιστος Χαιρήμων ὑπὸ Ἀμμωνίου μὲν καθαιρεθεὶς. παρὰ δὲ Εὐσεβίου οὐκ οἶδ᾽ ὅπως χειροτονηθεὶς, δείξας μὴ πε-